## Seitenstetten, Benediktinerstift, Cod. 75

[Rudolf Kapeller-Maximilian Pampichler]: Codicum Manuscriptorum Bibliothecae Seitenstettensis Tom. I (Cod. 1-200) (handschriftlich) [um 1800], 159.



Nota: Elucidarium in veteri codice ms: Monasterii B. Mariae de Fontanis in Dioe, cesi Turonensi nomen Abælardi praefert; in codice Claraevallensi tribuitur Angel, do Montis Leonis. Martene T. V. Col: 1362. Vide etiam Placidum Braun Notit: litt: de codd: mss.

### Cod: LXXIV.

I. 63.

Chartac: 4. min: Sæc: 17.

Instructio ad Cantum Chorale.

Brevis instructio ad cantum choralem, ab Anonymo coetus nostri concinnata. Incipit: " Pro breviori fundamento Musicae choralis talis Divisio datur " Opusculum mutilum est: desinit enim in verba: " Se, quitur figura Signorum.

### Cod: LXXV.

I. 64.

Chart: 4. min: Sæc: 13. & 14.

B. Bartholomaei de Bragantiis Epitome de festis Domini: B. V. M: et Sanctorum

Beati Bartholomaei de Bragantiis Epitome seu concisi sermones de festis Domini, B. V. Mariae, et Sanctorum, praecipue ord: Praedicatorum. Titulus est: " Incipit Bartholomeus. " Initium: " Augustino pro, fessionis meae legifero didici ". Eruditi, quos consului asserunt, Bartholomaeum edidisse

# Seitenstetten, Benediktinerstift, Cod. 75

[Rudolf Kapeller-Maximilian Pampichler]: Codicum Manuscriptorum Bibliothecae Seitenstettensis Tom. I (Cod. 1-200) (handschriftlich) [um 1800], 160.



vitas duntaxat Sanctorum in epitomen redac,
,tas, in codice autem nostro etiam de festis
Domini, et B: V: M: perbreves habentur sermo,
,nes, quos et ipse author indicat in prologo,
ita loquens: " Fratrum precibus aquiescens
"ad honorem omnipotentis intemerate vir,
" ginis matris et totius celestis curie ani,
" mum dedi ut isto compendio de festis dni
"et matris ejus vitas mores et actus Sanctorum
"maxime ordini quem profiteor et patrie
"quam incolo nostrorum per diversa sparsa
" volumina - - in vnum redigerem "

Primum itaque Sermonem inchoat de ad,
,ventu Domini; et agmen claudunt Ss:
Barlaam, & Josaphat. In calce additur:
" Finit Bartholomeus in nõe patris et f.
"et S. S.

Bartholomaeus de Bragantiis, sive Bre,
,gantiis Ord: Praedicat: Epics: Nimonicen,
,sis in regno Cypri, & ab aõ 1250 Vicenti,
,nus obiit aõ 1270. Vide Quetif Tom: 1.
pag: 254 & seqq: Acta Sanct: 1 Julii. Ug,
hellium T: 5. pag. 1052.

## Seitenstetten, Benediktinerstift, Cod. 75

Österreichische Akademie der Wissenschaften, Institut für Mittelalterforschung, Abteilung Schrift- und Buchwesen: manuscripta.at - Mittelalterliche Handschriften in österreichischen Bibliotheken
Permalink: manuscripta.at/?ID=27412

Hill Museum & Manuscript Library, Saint John's University, Collegeville MN, USA - Online manuscript description:
OLIVER - Online manuscript description (HMML)